



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Tractatus De Regimine Ecclesiae Episcopalis In Octo Libros Distributus

Antonelli, Giovanni Carlo

Velitris, 1650

§. VI. An Episcopus possit procedere contra laicos administratores locorum
piorum post redditam rationem ad soluendum, siue ad exequutionem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11401

Regum protectione sunt, quoad decentiam diuini cultus, & ornamentorum, dicit Gabr. Pereir. in tract. de man. Reg. par. 2. c. 17. n. 12. quem refert & sequitur Dian. par. 1. tract. 2. ref. 101. Barbof. loco citat. num. 20. Ricc. in Prax. vt supra par. 4. ref. 165. quia cum hoc sit quid spirituale, ad ordinarium priuatiuè spectat.

16 An verò Hospitale sit sub Regum protectione, nec nò, non ad sæcularem, sed ad ecclesiasticum Iudicem spectat id cognoscere Barbof. loco cit. d. all. 75. n. 16. & ita censuit Sac. Congregat. te- ste Ricc. d. par. 4. ref. 579.

§. VI.

An Episcopus possit procedere contra laicos administratores locorum piorum post redditam rationem ad soluendum, siue ad exequutionem.

17 **R**esp. affirmatiuè *elem. quia cõtingit de Relig. dom. Cõc. Trid. sess. 22. de ref. d. c. 8. Ricc. in Collect. dec. 714. par. 3. vbi alios refert. quod procedit, siue soli Ordinariò ratio reddita fuerit, siue cum alijs deputatis, vt censuit Sac. Congreg. aeste Vulp. in Prax. Iudic. fori Eccles. cap. 11. num. 7. Ricc. in Prax.*

18 par. 4. ref. 579. nec impeditur, aut suspenditur exequutio, si administratores appellauerint à condensatione, sed causa tantum denouitur ad Superiorem Vulp. vbi supra nu. 8. Barbof. p. 3. all. 75. n. 62. item dicti Administratores, seu officiales locorum piorum si deli-

19 querint in suis officijs, puniri etiam possunt ab Ordinariò, Ferr. qq. mor. par. 2. q. 20.

Quæres, an prædicti Administratores condemnandi sint de proprio, si probetur, debitorem Ecclesiæ, contra quem non fuerunt factæ diligentia, tunc temporis fuisse soluendo? Respondeo affirmatiuè *Genuons. in Practicab. Eccles. q. 442. quem refert, & sequitur Ferr. vbi supra par. 1. q. 35.*
21 exemplo Tutoris, cui negligentia in nõ conueniendo debitores pupilli imputatur *l. si tutor constitutus vbi glos. in ver. minus idonei ff. de Administr. Tut.* ita etiam exactor, & procurator publicus
22 si exactionem ultra annum protraxerit, fauore publico tenetur de suo cum reservatione exigendi à debitorib. publicis *l. missi opinatores C. de exact. Tribut. lib. 10.*

§. VII.

An Societates, seu Confraternitates, & oratoria teneantur ad procurationem, dum visitantur.

23 **A**ffirmatiuè respondet Ricc. in Prax. vt supra par. 4. ref. 152.

24 Limita 1. quando huiusmodi confraternitates existunt in Ciuitate, vbi sita est Cathedra, quia tunc nulla Episcopo procuratio debetur, vt censuit Sac. Coagreg. apud Pisec. in Prax. Episc. par. 2. cap. 3. num. 65.

25 Limita 2. in Confraternitatibus,